



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

18. Aprilis. Non cuique utiliùs est, quod per se est optimum; sed quid præsentibus rerum concurrentium momentis cuique maximè conducat, observandum. S. Ignat. vitæ l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

spitamam, nec nisi rerum corticem videmus, & tamen Orbis Judices fimus, In tot errores.

Magna illa dies aperiet, quam friv fuerint nostra de aliis judicia. Multi sancti occulti, qui nihil eximium prod foris, tantò majores coram Deo, quam studiosiùs bene gesta coram hominibus lare studuerunt.

18. Aprilis.

Non cuique utiliùs est, quod per se est optimum; sed quid presentibus rerum convenientium momentis cuique maxime ducat, observandum. S. Ignat. vitæ l.

N Ec cibus, licet optimus, omni macho, nec medicina, estò pretiosa, cuique ægritudini aptè convenit, etiam in bonis vigili opus est indagare, error evitetur.

Si semper bona voluntas comitem haberet perspicacem, & ad omnes circumstantias vigilem intellectum, rarior in bonorum electione occurreret error, nunc frequentissimus est. Nulla virtus virtus sine prudentia.

Etiam in rebus optimis alieno utend

est consilio, nisi malo tuo capere velis experientiam. Carò emitur, quæ per proprios errores obtinetur, scientia. Satiùs est interrogare, quàm errare.

Non omnes humeri ferendis iisdem oneribus sunt apti. Obruuntur facilè, nisi exploratæ sint vires; priusquam iis onus imponatur. Aliud est de rei bonitate, aliud de illius pro te utilitate, iudicium.

19. Aprilis.

Nec quantavis in pecunia difficultate sumptui ulli parcendum, ne quid decumbentium cura desideret. S. Ignat. apud Nolar.

Non debet timeri defectus facultatum, quæ in ægros impenduntur, redibunt cum fœnore: dum pascitur æger, pascitur Dominus: quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc qui parcè seminat, parcè & metet.

Viva Spiritûs Sancti templa ruinæ proxima fulcire, ne corruant, majoris est meriti, quàm aras instaurare. Hæ, si ruant, erigi poterunt; ægri vita semel perditâ non revocabitur.

Non facilè dici potest, quantum inter corporis languores animi crescat infirmitas